



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

19 Canonicus cum praebenda Theologali; si absit, dum lectiones sunt habendae, praesens consetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

in canonico penitentiario, qui, dum confessiones in ecclesia audit, interim præfens in choro, & processionibus, ac exequiis defunctorum, quæ eo tempore fiunt, habetur, & distributiones non amittit, *cap. 8. in fin. de reform. sess. 24.* & ita super eod. *cap.* fuit à sacra congregatione concilii decisum, *ut in decis. penult. super eod. cap. facta.*

¹⁹ Tertiò limitatur † in canonicis præbendam theologalem habentibus, qui illis diebus, quibus habent lectiones, licet sint absentes pro præsentibus etiam, quo ad distributiones quotidianas, habentur, *concil. Tridentin. cap. 1. sess. 5. de refor. & congregatio concil. super cap. 8. sess. 24. decis. 2.* & licet *concil. Trid. in d. cap. 1.*

²⁰ Loquatur † de Lectoribus, dum publice Theologiam in scholis docent, tamen idem est iudicium de decentibus in cathedralibus; ut per eandem sacram congregationem fuit decisum, *in decisionibus sub numer. recollectis, decis. mihi 611.*

²¹ Quartò † limitatur in infirmis, qui morbo impediante, non possunt divinis officiis personaliter interesse, *ut cap. unic. de cler. non resid. in 6.* etiam si quis ex propria culpa fuerit vulneratus, aut in morbum gallicum, vel alium inciderit, quia, quamvis propria culpa esset impeditus, hoc tamen impedimentum, nec à jure, nec ab homine, sed ab ipso solo Deo illatum fuit & ita *cont. Philip. Prob. tenet Covar. in lib. 3. var. resolut. cap. 13. n. 2. vers. 7. quotidiana,* & in simili videtur

²² famulo † infirmo salarium esse præstandum, etiam eo tempore, quo est ægrotus, per *l. arboribus, §. de illo.* & ibi gloss. in

ver. ægrotante, ff. de usufruct. quæ tamen gloss. opinio, quo ad famulum ægrotantem, non est vera, sed solum tenetur dominus famulo ægrotanti cibaria, ac modicas, & tenues expensas subministrare, Bart. in l. si cum dotem, §. sin autem, ff. solut. matr. & in l. in rebus, ff. commod. Abb. in cap. 1. num. 7. de cler. & ægrot. & Covar. qui hanc opinionem veriorum, & communem esse testatur, in d. c. 13. vers. ex quibus.

²³ Quintò limitatur † in clerico absente propter urgentem necessitatem, vel evidentem ecclesiæ utilitatem, *cap. ex parte, il 2. de cler. non resid. cap. unic. eod. tit. in 6. Covar. eod. num. 8. vers. 8. non tantum: & alix absentis causæ non excusant, † nec absentia à civitate causa pestis excusat, ut expresse tenet Rip. in tract. de pest. 2. par. num. 149. quem sequitur Covar. d. n. 8. vers. 9. hinc.*

²⁴ Sextò limitatur, † non habere locum, nec procedere in clerico in iuste carceralo, excommunicato, suspenso, vel in exilium etiam in iuste condemnato, *c. super causa, & ibi gloss. 2. quest. 5. Cald. in cons. 17. de prob. Felin. in cap. apostolica, num. 12. de excep. Covar. post alios, quos citat. eod. num. 8. vers. 11. & 12. sed † iuste excommunicatus, carceratus, aut arrestatus distributiones quotidianas amittit, quæ ei iustissime ob ejus culpam denegantur, glossa in l. inter quos, §. damni, ff. de damno infect. & Covar. d. cap. 13. n. 8. vers. 12. quia tunc sua culpa non residet, & propterea damnum patitur, quo casu intrat regula, ut damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, & non aliis imputare, *cap. damnum, de reg. jur. in 6. & l. quod quis, ff. eod. tit.**

Nonò